



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Isacivs C. 30. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Maij.
onaret,
Voti
andida
s eum
animi
marty-
Con-
o fidem
Quis-
Cer-
disce-
a esse,
s enim
um ve-
xcepit.
r quo
acerare
ejicere
trahe-
ala per
on fide
nter tot
MARIA
MA-
vit illa
gerens,
e asceti-
perior,
RIA, a-
x Surii
eret ca-
los, con-
veriat

30. Maij. VITÆ SANCTO RVM. 269

Vertat misericordes obtutus suos ad miseros, & of-
fensi Filij justitiam flectat ad gratiam. S. Laur.
Iust. serm. de Aff. B.M. V.

S. ISACIVS C. 30. Maii.

Movebat in hostem Imperator Valens ipse
Dñi longè maximus hostis; ut qui pro Ari-
nis pugnabat, templisq; Catholicos arcebat. Occur-
rit eunti ISACIVS noster plenus fatidico spiritu, &
libertate Christianâ armatus, monuit, si pacem in
Imperio exoptaret, ne bellum calo faceret: siq; belli
portas claudere per cuiperet. Catholicorum templis
prius aperiret; aliter crederet cum Superis sibi bel-
lum fore, nec nisi sanguine suo, & interitu litaturū
Martii. Hæc inquam, & similia non semel ISACIVS
occinchat Valenti. At hic molestum monitorem in
obvia dumeta jussit abisci. Scilicet, si spinæ illæ
nunquam aliâs, tunc certè rosas tuluerunt, sanguine
nemque biberunt, quo rectè erubescerent. Et ve-
rò ad formosa spectacula tres Cœlites advolarunt,
gestieruntque à spinis ISACIVM (hoc est rosam)
tollere, qui eadem mox oracula tyranni auribus
ingessit. Tum verò cum asservari inter vincula jussit
Valens, dum redux è bello lictorque otiosè rideret
vatem suum. At hic abeundi illa alterius vatis ver-
ba dixit, Si reversus fueris in pace, non locutus est
in me Dominus. Enim verò Valens acie victus est,
& qui fumos vendenti Ario crediderat, fumo igne-
que in fugâ periit: at ISACIVS vatis honores tulit.
Illi urbis portæ ad preces, quoties libuit, patuerunt:
illum mortuum omnis Constantinopolis tam lu-
xit, ut unicum hominem omnium humeris crederes
efferri. Ex Metaphr. & Menol.

Cooperatores simus gratia Dei: non enim dormiēti

M 3

bns

270 VITÆ SANCTORVM. 31. Maij.
bue prouenit regnum calorū, nec otio desidag
serpentibus beatitudine aternitatē ingeritur: sed
quia si comparimur, conglorificabimur, illa nobis
currēda est via, quam ipse Dominus se esse testa
tus est. S. Leo ferm. 5. de Epiph.

B. IACOBVS VENETVS. 31. Maij.

Quid matrem crepas pueritia, quid patrem
scopulos sāpē filiorum? Si cælo digna es,
nunquam orba eris, cælum te adoptabit. Ecce IACOBVS
cum patre matrem puer amisit. At a vi
ejus, lectissima matrona, matrem illi dulciorē
MARIAM ostendit, cuius si horarias preces tanti
sper recitaret (& tempus definiebat) præmia cupi
do pollicira est: quæ et si illa non persolvit, per
rexit tamen IACOBVS officium suum facere, &
horas Marianas quotidie deertere. Ita filius MA
RIA in D. Dominici familiâ p̄trem etiam IESU
hivenit, cuius uti nuper MARIÆ, nomen ita ani
mo infixum gestabat, uti tunc obliuisci horum
posse videretur, si patris & matris posset. Ex Divis
præterea præcipua veneratione colebat Ascidum,
& Victorium MM. quotum officium dum ad
XVII. Novemb. in horto recitat, vernum præ
mium rosam recentem abstulit, anniversarium
postea, quemadmodum ajunt, miraculum. Romz
quoque D. Sebastiani porta clausa aliis, pietati IA
COBI ultrò patuit. Linguae petulantiam si quis
quam alias, ille odit. Itaque illud Augustini ex co
crebro audivisse, Felix lingua, quæ non novit, nisi
de divinis texere sermonem. Obiit anno M. CCC.
XIV. cùm carcinonate IV. annos laborans egre
gia patientiæ documenta edidisset, certus ante de
fato, & hora fati. Reliquit post se, præter binos mor
tuos.